



**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

25. De singulari eiusdem authoris artificio, in laude Putei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

per partes aliquis illustrare possit. Gratiam vero, per omnia, more Iridis, diffusam, quæque vibem, instar Lyrae, tum sibi, tuta extensis ornamentis consonam reddit, & perpetuum instar aëris Homerici ad calum vique pertingen- tem splendorem, quisnam verbis consequi possit! Non ita, nec Meles præclaros habet liberos, nec eloquentia quicquam valet. Quintum sola inter omnes urbes spectatorem, non auditorem postulat: nec tam spectatorem, quam coniuctorem in perpetuum, si quis ipsam probè perspicere velit, laudum que mercedem. ierdidem reportare.

De singularie eiusdem authoris artificio, in
laude Putei.

CAP.VI. XXV.

*Putei laus
datiōnis ar-
tificios.*

Claudam riuos ad Puteum; Qui elegantem sophistæ artem contemplari voluerit, legat quæ scripsit. *τετραπλεγματικόν*. Inueniet profecto disertum hominem, nihil eorum omnisiū, quæ ad Putei commendationem facere posse: incipit.

*Tid' ἀ τέτταις τὸ φύλαξ τὸ λεψόν, & cæ-
tera.*

Primum Exordium est per addubitationē, exabrupto: quasi nesciat, quid de Puteo Æsculapij sit dicturus, unde orationem auspicari debat. Num illud elegans est, quod subiungit, scilicet esse eiusdem putei aqua pellucida hujus: dorem distinguere, quam laudes aquæ praedicare. Pressisse videtur in eo, siue soler, Demosthenis vestigia, qui in *τετραπλεγματικόν* dixit mortuos sere, cuiusvis in promptu esse, at laudare difficile illustrat. Deinde orationem præclaras, & ex amanib[us] ducta similitudine, qui delicias suas præsentes indicare possunt: absentes pro desiderio commendare non possunt. Sic apud Maximem Tyrium. Deiamator *αδεῖη θεος τὸν τεττάρεων*, & *Δημιουργος θεος*, & silentio poetus laudat, quam oratione.

Secundum caput est, Principiam laudationis à h[ab]it[us] loco, in quo commendatur salubritas, puritas, pulchritudo, celebritas, sanctitas, propter templi felicitet religionem.

Tertium, Comparatione locum magis ornat, & commendat. Ipsiusim Epidauro Æsculapij natalibus illustrato anteponit, quod

Æsculapius Epidaurum, istius sedis amoenitate illectus, videatur reliquie.

Quartum, Laus aquæ ab origine, quod fluat à platis, vel, quod sanctius est ab ipsis templi fundamentis.

Quintum, Proprijs notis aquam commen- dat. Ieptem autem illæ sunt, tenacitas, levitas, lenitas, dulcedo, habilitas ad potum, perennitas, & incorrupta quedam sinceritas. Levitatem eius ex eo probat, quod non ut Peneus fluuius patitur sibi. Titaresium superfundi, sed omnibus innatet, in profundum, non le- cuscus, ac fœluncum lignum soler, demersis. Hu- ius naturæ est amnis Silias, qui nihil sibi inna- taret patitur. Ita author est Strabo lib. 15. *τετταραπλεγματικόν Σιλίας ποταμος εἶναι τὸ μηδέτεραλλα.*

Sextum, Aquam Æsculapij, cum ipsis Stygiis riuis audet comparare, cuius vis incluta omnia pri- bilis esse perhibetur: nam omnia metalla, & la foras pides perforat, præter pocula ex cornu Astarte Scyphici confecta, quorum materiam miratus Alexander, Delphos misit, & Apollini confe- trauit, vi habet Ælian. de animal lib. 10. Itaque cum indomitus videatur hic liquor tauris vi- tribus effervescent, non quidem robore parem hanc aquam facit: sed apposita cius nectare, suavitate, Stygem eluat.

Septimum, Laus ab aquarum copia, quam per dolij antapodosis illustrat. Rationem au- tem eius copiæ affert, quod Æsculapij sit ve- luti minister, cuius cum semper profusa sit benignitas, puteum talen illi esse oportet, qui, nukquam intersetente aquarum vberitate mortales poterit, & exhibaret. Sic Vulcani in- strumenta ad Domini nutrum præsto sunt apud Homerum, suopte motu (tantum est ob- sequijs studiorum) p[ro]currentia.

Octavum, Delabitur ad usum, celebritatem, & variis huius aquæ utilitatibus: quod non tan- tum porci, lotionibus, templi illustrationibus, amoenissimo preterea voluptatis spectaculo, sed ipsis curatiōibus deseruit. Quod autem hic affert de aquarum medicinis. Plinius ex- quiritur. *I. 31. c. 2.* sed & Tullius Laureas cele- brauit carmine, fontem Ciceronis, cuius aqua fuit oculis saluberrima.

*Vi quemam rotum legitur sine fine per et-
bum.*

*Sint plures oculis, qua medeantur aquæ:
Rotat & Dæmon ad falsi pumini ven-
erationem fouendam, in hoc Æsculapij fonte
ali-*

aliquid ex sua arte, & consuetis fraudibus mōliri.

Ceteri fluiūi pīces vocales fātū.
Nonum, Vocem quoque ex hac Aesculapij aqua mutis redditam significat, sic Clitor fluuius pīces suos vocales facit. vt habet Mnaelias Petrensis in Periplo sic Hippocrate Poētas afflat, vnde & *λάνθρητος* appellatur Nōnno, & Ionis ūpab Antipatros, antholog. l.2. si penes fabulas sit fides.

Decimum, à comparatione vini, o& nestarū; tum celebrium fluiorum; hanc aquam ex ornat. Numerant autem imprimis aqua Delia, Apollini sacer. & Cnidus, qui à Curio non spatio aquarū, sed liquore fertur memorabilis, tum Eurymedon Pamphiliz, & Choaspis Aſia fluius, ē quo solo Perficos Reges bibere author est Solinus: Tum Peneus, qui per amoenissima Tempe nemorosa convalle defluit, & fons Abyllus, quem à profunditate nomen habuisse constat. Hesych. Aſona. O. ūsata ἀπειπάτη ḥ ἡ ἀργει λιμνής ο ρελαζηνη.

Ariolidis.

Ex ver. G. Cancer. Vid autem de sacro Puteo dicemus, an orationis facultatem incubabimus, quæ neque ad omnia pertingere, nec semper natum seruum abundū valeat explicare? Pulchritudinem certè ac voluptatem eius, nulla declarabit oratio, veūm facilius ex hac aqua bibimus, eamque iueundē aspicimus, atque in ea lauaus, quam de ipa qui quam dicitur. Ut autem ij, qui pulchras amant mulieres, formæ præstantia capiti, quales quidem ament, scunt, veruntamen, si quis eos interroget, nihil de absentibus possint dicere, præsentes autem ostenderent: Ita, & puteum hunc amamus quidem quamplurimi, aut potius omnes ferè: qualis autem sit, dicere non possumus; verum si quis de eo nos interroget, hunc ad ipsū deducemus, atque ei ostendemus: illius, nec hoc sufficeret, donec eo gustato, locutum Homericam videretur degustasse, quippe, qui manū veller, ægreque ab eo discederet.

Loto Ho-merica. Nec tamen decet nos more sitientium, quod aiunt, tacite bibere, quin etiam verbis exhortemus. Ac cum seruatore Dēum, cuius & hoc opus est, salutem, tum nymphas eius incolas, qua nobis vsum gratiae diuinæ concedunt, & subministrant. Quod igitur erit principium an quemadmodum, cū ex eo bibimus, admeto labris poculo non cessamus, sed

infundimus subito, sic oratio quoque nostra subito dicet omnia: Illud igitur nobis sit, quasi libris admotum, quod in pulcherissimo sit totius orbis loco. Quem enim ex omnibus Deus, ut saluberrimum, & purissimum elegit locum, hunc beneficis suis illustrissimum reddidit, is vrique omnium est per orbem totum pulcherissimus. Quanquam etenim, quibus in singulis locis nati sunt initio Dij, etiam hæc in honore sunt, ob hoc ipsum habenda, quod Deos receperint: Illud tamen longe maius est, quod ipsa ab usque Epidauro hue profectus Deus, maximè amavit hunc locum, atq; ostendit, eum se, cum delectum, rum cæteris prælatum deinceps incolere. Cui autem loco Deus, ac Deorum quidem benignissimus censuit immorandum, eum nos, qui quidem seruicius sumus, alio, quam optimi, nomine dignabimur? Itaque in pulcherissimo orbis loco est putens. Præterea ipius templi locus is, qui sub diuo peruius est, optimo loco iacet. Mediū enim puteus in medio constitutus est. Aqua vero vel à platano fluit, quando quidem & hæc instar noræ cuiusdam est agnata, vel si maius, quod quidem pulchrius est, & sanctius, ab ipsis, quibus insistit templum, fundamentis.

Quo sit, vt omnes hoc opinentur, atque credant, ē salubri, ac salutari loco aquam profunde, quippe quæ à templo, & seruatoris pedibus proficiscatur. Nec enim possit ex salubriori loco prodire. Et in tali quidem loco sita, & à talibus oriunda, meritò dicitur optimam.

Aqua com- mendatio. Ac primum quidem tenuissima est, ad ac- tis naturam proximè accedens, deinde, quod hinc sequitur, lenissima simul, & mitissima, tunc dulissima, & maximè potabilis, ac perennans, ad cuius potionem vinum non defideret.

Et Homerus quidem Titaresum Peneo dixit superfundi, quemadmodum aquæ homo prælenitate innata: At vero huic aqua, meo iudicio, quidem alia infundatur, sursum exigit, illa tanquam phallo quodam in profundum delabente, nisi potius etiam infusam aquam videatur lenitate sua, in altum esse sublatura: quæ quidem non arroganter à nobis dici, indicat pondera. Quid autem dixerit Stygis riuis, si oppositus propendeat? hæc autem fluxio, nec à Styge oritur, nec aliud quicquam horrendum habet, sed vel sanitatis, vel nectaris, vel similis alicuius rei iure riuis diei pos-

R. 3:

les.

Sec. Cui illud est etiam testimonio, quod hæc aqua temporis vitium non patitur, verum quæcumque est hansta, eodem modo, arque ea, quæ in puto relinquuntur, incorrupra manet, & sincera.

Iam vero abundantia pucci tanta est, quanta nullius, vrita dicam, alterius, ac robultos quidem eos, qui hauriunt, & cautos oportet esse, ne invadantur.

Solus igitur ex omnibus puteis, quicunque exhauriuntur, aqualem perpetuo copiam preber, pertuso dolio ex contraria parte respondes. Ut enim illud nunquam impletur ista, hic semper ad labrum vsque plenus est.

Cum enim humanissimi Dei minister sit, & adiutor, ad ministerium promptissimus, ac semper plenus conspicitur. Et sic illa nunquam ab hominibus seruandis cessat, sed dominum hic imitans, iadigorum vsui nunquam non suppeditat, cum sit, quasi alumnus quidam, donumve Aesculapij, quemadmodum Vulcani instrumenta fixit Homerus, ad eius voluntatem moueri. Et quoniam huc vsque dicendō perueni, quænam est inter homines aqua, que cum hac in vsu comparari possit? nec enim potus modò, sed idem etiam lauacrum est iudeum, ac tutissimum: nec pro anni tempore mutatur, quin, & estate frigidissima sit, & hyeme clementissima, presentis vsique temporis molestias mitigans qualiter quidem decet fontem sacram Aesculapij existere: Ac pulchra quidem ista sunt, & iucunda, sive qui ijs utatur ipse, sive alios videat partim estate circum pucrum, deinceps, ut examen apurum, vel muscas circum lac, circumstare, & a matutino vsque tempore vaporem instar potus alicuius fitim reperimentis praoccupare: Partim cum glacie concreta manus lauerint, calidores, ac iucundiores fieri: verum sunt & alia, in quibus hoc puto Deus tanquam operis socio vritur, multisque spè ad ea, quæ volebant à Deo imperanda, putes hic vsui fuit.

Nec leuis atque medicorum, & præstigierum serui ad ministeria sunt exercitati, & adiumento suo spectatores, atque ægrotos aupeficiunt.

Ita magni operum mirabilium artificis, &

ad hominum salutem omnia referentis hoc est inuentum, hæc possessio. Itaque in omnibus cum iuuat operibus, & apud multos pharmaci locum obtiner. Multi enim cum ex hoc parte lauissent, visum recuperauunt: multi ex aqua cum bibissent, pectoris sanitatem, & animalium laborantem receperunt. Multorum etiam pedes, aliae membra sunt correcta.

Quid, quod ex mutuo quidam eloquens o- *Aqua vin-*
lim factus est, quemadmodum, qui de sacris iure-
biberunt fontibus, vaticinari solent. Nec de- *Festinam*
sanct, quibus quod aquam dantaxat hauerant, commenda-
saluti iurit. *Quinimò* cum ægrotis adeò salu- *lio.*
taris est, tum sanis etiam curuis alterius a-
qua vsuum præber insigne.

Qui enim hanc gustauerint, ijs alia iam aqua quævis sorbet, vt si quis post vinum fragrans vappam bibat. Sola porrò hæc aqua, tam ægrotis eadem, quam valentibus æquæ est iudeum, cunctissima, & utilissima, vt nec vellac cum ea comparare, vel vinum desiderare possint quædoquidem est in star nectaris eius, quod Pandarus perenne, potabile, ac diuina quadam mistura temperatum cecinit.

Quocirca si duo proponantur vobis pocula, alterum hac aqua, alterum alia simul, & vino præstantissimo plenum: utrum efficiat sumptum, dubitare possietis. Præterea reliquæ aquæ lactæ, qualis est Delia, aliaeque similes, paucorum vibus patent: hæc per ventum salutem, non quod eam nemo contingat, sacer redditur: eademque, & iustificationibz templi sufficit, & hominibus ad potionem ac lauacrum, & spectantium delectationi.

Ego certè, nec Cnidium, nec Eurymedon, *Chrys-*
tem, nec unde Rex bibebat, Chalpim, nec *flumines* um, cui pulcherrimas ad vitamque ripam co- *quilibit-*
ronas emisit terra, Peneum, neque Abyssum, *Rex Peja-*
rum, neque aliam aquam ullam, cum hac vndique *rum.*
sacia velim comparare, sed tantum eam inter aquas excellere, quantum Praeses ipsius Deus *Abyssi sit.*
Dijs præstar reliquis, dixerim.

Hoc restat adjicere, piè nos facturos, si sic sentiamus, quandoquidem primus de ipsa Deus hanc, ut aiunt, sententiam tulit.

Finis libri decimi.

Vulcani in-
Brumena
Ponte mo-
souri.